Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8296
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

surgere ad sellam sit necesse. Sumatur quercus galle balaustie cu
pule glandium folia mirti et coquntur in aqua donec rubea
fiat et sedeat in ea et lavetur ex ea. Et si anus qui apostema sit
est ingredi omnino potest eger aquam calidam frequenter ingrediatur
et in ea sedeat et ungat anum ex cera ex oleo camomillino et
anetino donec ingrediatur. Numquam intromissus fuit ex hiis quem
novimus turetur vulva postea si egressa fuit similiter est medi
canda. Est tamen necesse ut fortiter ligetur et ut egra semper supina
iaceat et coxa superius elevent. De superfluitate menstruorum constringenda

Ad superfluus menstruus constringendis trocisci de karabe per ebdomadam una sunt dandi. Quod
si non contulerint confectio de storace detur. Et fiat minucio ex ba
silica ventose quoque mamillis apponantur et in comestionibus
tibis utatur stiptici. Et hoc medicamen egra sibi subiciat. Recipe
sbdum balaustie gallarum antimonii cerause alluminis omnium
partes equales pulvis horum optime tritorum cum pauca bra
cum ... femur et dorsum ex epithimatibus que in capitulo de
fluxu ventris diximus epithimentur et sedeat in aqua decoctionis
... si ista non contulerint ex ... pessario acuto fiat immissio
et maneat in vulva. De provocatione menstruorum

Primo ex retencione menstruorum magna sequitur passio trocisci de mirra
dentur. Trocisci de mirra. Recipe mirre ʒ iij lupinorum optime
tritorum ʒ v. foliorum rute mentastri pulegii cimini rubee
de qua tingitur ana ʒ ... serapini opoponacum ana ʒ ij ... for
mentur trocisci ponderantes ʒ ij ex quibus detur unus cum de
cocto aqua in qua semen lupini coctum fuit hoc namque me
dicamen valde vehemens existit in provocandis menstr
uis ut eciam fetum extrahat si qua eo sepe utatur. Ven
tose quoque sub umbilicum ponantur et flebotomia ex
saphena facienda pessarius quoque utendum semen ... de

Et curande sunt ex medicamine ragadiarum. De Ragadiis vulve